



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xvij. De Corepiscoporum vsu sublato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

eutus, super suū gregem excubias ducere non possit: ea propter vir prouidus & honestus, illi in Coadiutorem adiungendus est: per quem tam Episcopo, quàm populo vtiliter consulatur. Cuius datio, cum de causis maioribus esse constet, ad sedem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: cæterum, si procul ab Apostolica sede Episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianę constitutionis tenorem prouidendum erit.

*Etiam inferioribus ab Episcopis dandus est Coadiutor, & utrisque de facultatibus Ecclesię erit subueniendum. h. d.*

*a per totū tit. extr. de cler. & grot.*

Nec<sup>a</sup> solū Episcopis dandus erit Coadiutor, sed etiam si res exigat, inferioribus: vnde, si vel Ecclesię Rectorem, vel Archidiaconū ita morbo aliquo cōtigerit impediri, vt Ecclesiasticis ministerijs, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoq; Coadiutor adhibendus erit: & iras temperanda<sup>b</sup>, vt vtrique iuxta facultates Ecclesię vitę necessaria ministrantur.

*b cap. 1. §. presentis quoque. de cler. & grot. in 6.*

DE COREPISCOPORUM VŒU SUBLATO,

TITVLVS XVII.

*Corepiscoporum usus sublatus est. h. d.*

Rant olim & Corepiscopi, quibus circa plurimā cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamē institutio tam in Romana sede, quàm in alijs totius orbis Ecclesijs, tāquam improba & superuacanea, est penitus interdicta<sup>c</sup>.

*Matrimonium spirituale dissoluitur translatione, renunciatione, & depositione. h. d.*

*c can. Corepiscopi. et seq. distict. 68.*

Vidimus hucusque de spiritualis fœdere coniugij, quod inter Episcopum & Ecclesiam cōtrahitur, quod electione vel postulatione initiari, confirmatione ratificari, consecratione intelligitur consumari. Item de moribus, & Vicarijs, & adiutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesiā remouetur: & sic, quo modo tale cōiugium præter mortē dissoluitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renunciatione, & Depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primū de Translatione.

DE TRANSLATIONE,

TITVLVS XVIII.

*Translatio inducitur ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate cessante, translatio irritatur. h. d.*

Translationes, quæ & mutationes<sup>d</sup> nūcupari possunt, institutę sunt utilitatis, & ne-

*d can. mutationes. 7. q. 1.*